



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Minorist Tartariæ sue Precopensis diuisio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

pellibus diligentissimè cymbas cōficiunt, eisque vegetiores equos adnectunt. In castris nihil deperit, fures enim seuerissimè excipiuntur. Non habet certum vestigal hic Princeps, sed eius diuitiae in eo sitæ sunt, ex singulis captiuis nobilioribus seponit sibi tres Sultanos sequins, ex vilioribus aureum nostrum, seu thalerum Germanicum. Medium partem vestigalium Tauricæ sibi reseruat, alteram enim sibi Turca vendicat. Accipit etiam in dies singulos à Turca 24. aureos, Galga 12. Senatores, item aliquid nummorum; ipse vicissim reponit Ottomano, captiuos Christianos 300. pelles, sal & butyrum. Moldauus offert Chamo quotannis 20. currus mellis, quorum singulis quatuoralligantur boues, & præterea equas 50. Polonus 40. millia Sultanorum Hungaricorum, quod vestigal nomine pensionis obuelat. Tollit etiā aliquid ex Circassis, & Nogaïs. Olim Turcorum fratres dicebantur, nunc verè subditi sunt, ex quo Osmanus Bassa ex bello Persico redux eos aggressus est tempore Amurati, sub finem superioris sæculi, & Chamum in frusta concidit à suis proditum. Nunc enim Beglierbegus Caffæ residet, & plerisque vrbibus Tauricæ imperat, ut mox dicemus. Fodinas omnes auri & argenti Ottomano seruandas curat, & Tartaros in officio continet. Mortuo tamen Beglierbego Chamus Tartaricus negotia Ottomanorum curat, donec aliis Præfectus Constantinopoli emittatur. Item etiam ex Portâ honoris causâ mittitur ad Chamum vexillum ex serico, aut viride, aut purpureum, quo in præliis vtatur, & coguntur alij Tartari Turcæ vestigales, aut foederati coniungere cum eo copias suas, quoties in Christianos expeditiones molitur, aut res Ottomanicæ id flagitant.

*MINORIS TARTARIE,
seu Precopensis diuīsio.*

TAR-	PENIN- SVLA diæta	GAZARIA, seu CAFFA: Caffa.
	PRE- COPIA	PRECOPIA: Soldadia: Sogdat.
TA-	Precopz	TVRCICA: Chersona: Sarigermen.
		CVMANIA, seu PRECOPIA: Precopz.
		PRECOPIA: Crimea: Krim.
		TARTARICA: Baccasara: Baccasar.

RIA	CON-	CRI-	OCIAKO-	Ociakouia : <i>Okzakou,</i>
MI-		MEA	VIENSES	Chamisedes in Podo-
NOR	T I.	pro-	TARTARI	liâ vltra Borysthenem.
SEV		priè		
PRE-	NENS	dicta	OSSEVIENSES	Tanaïs : <i>Tana</i> , seu
CO-			TARTARI	<i>Asaph</i> , seu <i>Ossou</i> .
PEN-	Krimea	CON-	IN	BIALOGRODENSES: <i>Bia-</i>
SIS.		FOE-	EVRO-	<i>logrod</i> .
		DE-	PA	DOBRUSSENSES: <i>Dobrusse</i> .
		RATI		
				NOHAICENSES: <i>les No-</i>
				<i>gais</i> .
				CIRCASSI: <i>les Circasses</i> .
				PETIGORSKII: <i>les Peti-</i>
				<i>goriz</i> .

§. 2. *Minoris Tartariae Geographica descriptio.*

ACCENSIVMVS huic Tartaros qui non continentur prædictis limitibus, non possunt tamen ad aliud reuocari caput, & certè sese prædictis adiungunt in excursionibus suis. Tractus autem Borysthenec, minori Tanai, & Psola fluuiis restrictus in duas partes distinguitur in Precopiam, & Krimam. Krima autem aut Krimia dicta est ab vrbe *Krimia* in Tauricâ Chersoneso, vnde hic tractus totus nomen accepit: quod etiam retinet in præsentia, maioris autem distinctionis gratia pars extra Isthmum nomen Krimæ retinuit, Peninsula Precopia dicta est ab vrbe *Precopz*, & ab illa exordiemur.

N V M. I. *Precopia, olim Taurica Chersonesus.*

De variis huius Chersonesi nominibus antiquis, qui plura voleat videat Ortelij thesaurum, vbi hæc videbit digesta. Ex quo autem à Tartaris occupata est, videtur in duas partita esse regiunculas, seu districtus. Marius Niger putat partem Septentrionalem dictam esse *Gazariam*, Meridionalem *Gothiam*. Peritiores tamen hanc diuisionem retinentes Borealem partem Cumaniam cum

Hh iij